



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 84. Bassa Mustapha ad fidem Catholicam reversus, ac Romæ
Baptizatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Theologicis, quæ Regis nomine a Mon-
A. C. 1614. tacutio edita fuere.

§. LXXXIII.

Henricus Eckard mortuus.

Inferioris famæ Scriptor secta Luthe-
ranus Henricus Eckard hoc anno die
vigesima secunda Februarii mortuus est,
qui conscripserat pandectas controver-
siarum Religionis, compendium Theo-
logiæ Patrum, Isagogen in Catechis-
mum Lutheri, tabulas hæresiologicas,
analysin epistolæ S. Joannis, & tomos
tres disputationum Theologicarum Gief-
senfium.

§. LXXXIV.

*Bassa Mustapha ad fidem Catholicam
reversus, ac Romæ Baptizatus.*

*Merc. Gallob
tom. 4. l. 3.*

Exente Mense Novembri hujus anni
Mustapha Turcicus Bassa unacum
uxore sua, tribus Filiis, unaque filia
Religionem Catholicam amplexatus,
Romæ sacrosancti Baptismatis fonte ab-
lutus est, eidem ad hunc salutis por-
tum viam aperiente proprio ejus Filio;
cum enim hic jam ante binos circiter
annos a Christianis in navali prælio
captus, Romam abductus esset, ibidem-
que cognito Mahometanæ superstitionis
erro-

errore sese cum Ecclesia Catholica con-
 junxisset, tam impensis precibus, Sæc. XVII.
 A. C. 1615.
 validisque rationibus suum etiam Pa-
 trem urgebat, ut hic quoque Romam
 venire, ac cum integra sua familia ad
 Christianorum castra transvolare de-
 cerneret.

§. LXXXV.

*Grangrensis Episcopi Legatio ad Pau-
 lum V. summum Pontificem.*

Ineunte Mense Januario anni supra mil-
 lesimum sexcentimum decimi quinti Bald. Chron.
 moral.
 Romam deferebantur literæ a Gabriele
 Grangrensi in Paphlagonia Episcopo,
 qui se ad Sacrorum pedum oscula ven-
 turum significabat, ac paulopost Ro-
 mam adventans, totius suæ Nationis
 & gregis nomine in Paulo V. summo
 Pontifice, Romanaque Sede, Princi-
 pis omnium in terris Episcoporum au-
 ctoritatem agnoscebat, ac debita vene-
 ratione profitebatur.

§. LXXXVI.

*Alia, magisque honorifica Legatio
 ex Japonia ad eundem Pontificem.*

Quantumvis Romanæ Ecclesiæ hostes Cont. Sleid.
 p. 4. l. 5.
 Appam. ad
 hunc ann.
 nil intentatum, inausumque relin-
 querent, ut etiam remotioribus in Re-
 gnis